



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

3 Pater, & filij possunt esse eodem tempore de Collegio eiusdem  
Vniuersitatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

## 198 CAPVT

dus, Salycet. *sub num. 9.* quòd  
filij Doctorum Collegiorum  
cœteris supernumerariis debent  
anteponi, & Roman. *num. 7.*  
3 quòd Pater \*, & filij possunt esse  
eodem tempore de Collegio e-  
iusdem Vniuersitatis, primum-  
què dictum repetunt Bald. *num.*  
*2.* & Salycet. *num. 1.* & 4. vers.  
*item*, vbi etiam Roman. *sub*  
*num. 1.* ait quòd filii Aduocato-  
rum tam viuentium, quam de-  
ficientium debent aliis præferri,  
& *sub num. 4.* quòd filii Docto-  
rum gaudent priuilegio, ut cæ-  
teris anteponantur, siue Paren-  
tes, viuant, siue non, siue sic  
finitum officium ipsorum, siue  
adhuc duret, qui pariter *in l. pe-*  
*titionem num. 7.* ponderata hu-  
ius-

iusmodi antelatione , subdit, &  
 hoc puto de iure procedere , siue  
 Parentes sint mortui , siue viuant,  
 nam hoc \* priuilegium est indul- 4  
 tum filijs propter parentes , &  
 ideo simpliciter hoc priuilegio gau-  
 dere debent , & Barbos. in Collect.  
 num 8. inquit , obseruasse Do-  
 nellum Comment. Iur. lib. 18.  
 cap.3. col. ultima in fine Petr. de  
 Gregorio de concess. feudi part.  
 1. quæst. 4. num. 8. & Valasc. con-  
 sult. 129. num. 13. quòd \* si 5  
 Aduocati perpetuò electi in pa-  
 trocinium Reipublicæ dece-  
 dant , eorum filii superstites , ac  
 Doctores , potius eligendi sunt  
 ab ipsa Republica , quam alii  
 extranei , addendo ex Pêtro Gre-  
 gor. Tholos. syntag. Iuris lib. 47.

N 4 cap.